

# MUSIC OF THE SARUM OFFICE

Tome A.  
Fascicule ii.  
Pages XI-XXXIV.

Benedictiones Matutinales.  
Kalendarium.  
Tabula Festorum Mobilium.  
Rubricae Generales  
Orationes.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.  
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.  
MMVI.

*Music of the Sarum Office* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut Grégorien de Canada, 45 Mercer Street, Dundas, Ontario, Canada L9H 2N8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*Music of the Sarum Office* is distributed over the internet through .pdf files located at: [www.humanities.mcmaster.ca/~renwick/sarum-01.htm](http://www.humanities.mcmaster.ca/~renwick/sarum-01.htm)

This document first published January 1, 2006.  
Revised July 1, 2007.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut Grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

Web site address: [www.gregorian.ca](http://www.gregorian.ca)

© The Gregorian Institute of Canada, 2006.

Ima permutat brevis hora summis

**B**reuiariū seu horariū domesti-  
cū: siue choro ecclesiastico deser-  
uiens ad vsum insignis ec-  
clesie Sax: cū integro or-  
dinario suo proprijs  
suis locis accom-  
modate in-  
serto.



---

Ima permutat brevis hora summis.

**Breviarium seu  
horarium domesticum :**  
sive choro ecclesiastico deserviensi ad  
usum insignis ecclesie Sarisburiensis,  
cum integro ordinario suo, proprius suis  
locis accommodate in sermo.

C. CHEVALLON  
1531

# BENEDICTIONES MATUTINALES.

## *De benedictionibus dicendis ad matutinas per totum annum.*

*Quotiescunque fiunt ix. lectiones per totum annum dicuntur iste sex Benedictiones ad Matutinas preterquam in festis Beate Maria: et omium Sanctorum ; et in festis iii lectionum sine expositione Evangelii, sive chorus regitur sive non, et in Oct. et infra Oct. et in feriis Paschalis temporis, secundum ordinem Nocturnorum.*

*In Primo Nocturno dicuntur iste Benedictiones, viz.*

Benedictione perpetua : Benedicat nos Pater eternus.

Deus Dei Filius : Nos benedicere et adjuvare dignetur.

Spiritus Sancti gratia Illuminet corda et corpora nostra.

*In Secundo nocturno dicuntur he Benedictiones.*

Omnipotens Dominus sua gratia nos benedicat.

Christus perpetue : Det nobis gaudia vite.

Intus et exterius nos purget Spiritus almus.

*Quando dicitur, Evangelium secundum Matheum : dicitur ista Benedictio,*

Evangelica lectio Sit nobis salus et protectio.

*Quando dicitur, Evangelium secundum Marcum : dicitur ista*

*Benedictio,*

Evangelicis annis muniat nos conditor orbis.

*Quando dicitur, Evangelium secundum Lucam : dicitur ista Benedictio,*

Per evangelica dicta : Deleantur nostra delicta.

*Quando dicitur, Evangelium secundum Johannem: dicitur ista Benedictio,*

Fons evangelii : Repleat nos dogmate celi.

*Quando expositio evangelii non habetur, tunc dicitur ad vii. lectionem ista Benedictio, videlicet,*

Creator omnium rerum : Benedicat nos hic et in evum.

*Ad octavam Lectionem semper dicitur ista Benedictio, nisi in festis Beate Marie et omnium Sanctorum.*

Divinum auxilium : Maneat semper nobiscum.

*Quando vero dicitur Expositio Evangelii ad primam lectionem, ista tunc sit secunda Benedictio.*

Divinum auxilium : Maneat semper nobiscum.

*In festis vero Sanctorum sit ista nona Benedictio.*

Ad societatem civium supernorum  
Perducat nos Rex angelorum.

*Et semper dicitur Rex angelorum  
secundum usum ecclesie Saris-  
buriensis quodcumque dicitur nisi  
in festis beate Marie.*

*Similiter in festis iij lectionum cum  
Expositione evangelii sit ista, tertia  
Benedictio. Ad societatem civium  
supernorum.*

*Quando vero ix. lectiones fiunt de  
Temporalibus per totum annum, nisi a  
festo Sancte Trinitatis usque ad  
Adventum Domini, sit ista nona Bene-  
dictio,*

In unitate Sancti Spiritus : Bene-  
dicat nos Pater et Filius.

*Dicatur etiam in festo Corporis  
Christi et in Oct. ejusdem, in festo  
Transfigurationis, et in festo Nominis  
Jesu et in Dominica infra Octavas et  
in Octava ejusdem, et in festo  
Exaltationis S. Crucis, et in festo  
Dedicationis ecclesie et in Dominica  
infra Octavas, et in Octava ejusdem.*

*Quando vero fiunt iij lectiones de  
Temporalibus cum expositione Evan-  
gelii, tunc sit ista iii. Benedictio,*

In unitate Sancti Spiritus.

*A festo Sancte Trinitatis usque ad  
Adventum Domini, in Dominicis  
diebus quando de Dominica agitur,  
sit ista nona Benedictio,*

In charitate perfecta : Confirmet  
nos Trinitas Sancta.

*In omnibus Feriis per annum extra  
Tempus Pasche et quando expositio  
non habetur, dicantur he tres  
Benedictiones,*

Deus misereatur nostri : Et det  
nobis pacem.

Virtus Christi : Habitent in cordi-  
bus nostris.

De celo missus, Doceat nos Spi-  
ritus almus.

*In festis et in commemorationibus  
Beate Marie per totum annum di-  
cantur he Benedictiones.*

*In Primo Nocturno videlicet,*

Alma virgo virginum : Intercede  
pro nobis ad Dominum.

Christus Marie Filius : Sit nobis  
clemens et propitius.

Sancta Dei genitrix : Sit nobis  
auxiliatrix.

*In Secundo Nocturno dicuntur he  
tres Benedictiones.*

Sancte Marie merita : Nos per-  
ducant ad regna celestia.

Que peperit Christum : Pro nobis  
postulet ipsum.

Stella Maria maris Succurre piis-  
sima nobis.

*In Tertio Nocturno dicuntur he tres  
Benedictiones,*

Per Marias merita : Prosit nobis  
lectio evangelica.

Divina solatia : Nobis impetret  
virgo Maria

Ad societatem civium super-  
norum : Perducat nos regina  
celorum.

*Item alie Benedictiones de S.  
Maria cum fit servitium de ea infra  
Octavas tantum.*

*In Primo Nocturno dicuntur he tres  
Benedictiones,*

Pura, pudica, pia : Miseris mise-  
rere Maria

Benedictiones Matutinales.

---

Virgo parens natum : Fac nobis propitiatum.

Nos precibus matris : Salvat sapientia Patris.

*In Secundo Nocturno dicuntur he tres Benedictiones,*

Virgo Deo digna : Precantibus esto benigna.

Intercede pia : Pro nobis virgo Maria.

Que peperit florem : Det nobis floris odorem.

*In Tertio nocturno dicuntur he tres Benedictiones,<sup>1</sup>*

Conserva famulos : Virgo Maria tuos.

Sancte Marie precibus : Benedicat nos Pater et Filius.

Filius virginis Marie : Det nobis gaudia vite.

*In festo Omnium Sanctorum dicantur benedictiones ut in festo ejusdem ante lectiones prenotate sunt.*

# KALENDARIUM

## JANUARIUS.

<i>Aureus numerus.</i> <i>iii</i>	Ɔ	<b>K</b> <i>Januarii.</i>	<i>Prima dies mensis et septima truncat ut ensis.</i> Januarius habet dies xxxi. Luna xxx. <i>Circuncisio Domini festum minus duplex, ix. lectiones.</i>	1
	b	iv. No.	Octa. S. Stephani. invitatorium duplex, iii. lectiones cum regimine chori.	2
<i>xi</i>	c	iii. No.	Octa. S. Johannis. invitatorium duplex, iii. lectiones cum regimine chori.	3
	d	pridie No.	Octa. Innocentium. invitatorium duplex, iii. lectiones cum regimine chori.	4
<i>xix</i>	e	<i>Nonis.</i>	Vigilia. Oct. S. Thome, memoria tantum. S. Edwardi confessoris memoria.	5
<i>viii</i>	f	viii. Idus.	<i>Epyphania Domini : duplex festum principale, ix. lectiones.</i>	6
	g	vii. Idus.	<i>Claves Septuagesime.</i>	7
<i>xvi</i>	Ɔ	vi. Idus.	Luciani presbyteri Sociorumque ejus martyrum, memoria tantum.	8
<i>v</i>	b	v. Idus.		9
	c	iv. Idus.		10
<i>xiii</i>	d	iii. Idus.	<i>Sol in Aquario.</i>	11
<i>ii</i>	e	pridie Idus.		12
	f	<i>Idibus.</i>	Octa. Epyph., ix. lectiones. Medie lec' de S. Hylario.	13
<i>x</i>	g	xix. <i>Kalend. Februarii.</i>	S. Felicis Pr. et M., iii lectiones.	14
	Ɔ	xviii. Kal.	Mauri abbatis et confessoris, iii. lectiones.	15
<i>xviii</i>	b	xvii. Kal.	Marcelli pape et martyris, iii. lectiones.	16
<i>vii</i>	c	xvi. Kal.	Sulpicii episcopi et confessoris, iii. lectiones. [et S. Antonii., 1514, 1521.]	17
	d	xv. Kal.	Prisce virginis et martyris, iii. lectiones.	18
<i>xv</i>	e	xiv. Kal.	Vulstani episcopi et confessoris, ix lectionum.	19
<i>iv</i>	f	xiii. Kal.	<i>Fabiani et Sebastiani martyrum, expositio nulla, ix. lectiones.</i>	20
	g	xii. Kal.	<i>Agnetis virginis et martyris, expositio nulla, ix. lectiones.</i>	21
<i>xii</i>	Ɔ	xi. Kal.	<i>Vincetii levite et martyris, expositio nulla, ix. lectiones.</i>	22
<i>i</i>	b	x. Kal.		23
	c	ix. Kal.		24
<i>ix</i>	d	viii. Kal.	<i>Conversio Pauli, ix. lectionum ; invitatorium triplex.</i> Memoria de S. Prejecto.	25
	e	vii. Kal.		26
<i>xvii</i>	f	vi. Kal.	Juliani episcopi et confessoris. Invitatorium duplex, iii. lectiones.	27
<i>vi</i>	g	v. Kal.	Agnetis secundo. Invitatorium duplex, iii. lectiones.	28
	Ɔ	iv. Kal.	<i>Claves Quadragesime.</i>	29

## Kalendarium.

xiv	b	iii. Kal.	Batildis regine virginis non martyris, iii. lectiones.	30
iii	c	pridie Kal.		31

*Nox habet horas xvi : Dies vero viii.*

Pocula leta pius amat et convivia Janus.  
Mittatur sanguis : lactuca cicercla serenda.  
Nastruci et semen : vitis vetus ablaqueanda.  
Lunaque decrescens bona ligna fabrilia cedit.

## FEBRUARIUS.

<i>Aureus numerus.</i>		<b>KL</b>	<p style="text-align: center;"><i>Quarta subit mortem : prosternit tertia fortem.</i> Februarius habet dies xxviii. Luna xxix. Sed quando est bissextus : tunc habet dies xxix. Luna xxix.</p>	
	d	<i>Februarii.</i>	Brigide virginis non martyris, iii lectiones.	1
xi	e	iv. No.	<i>Purificatio Beate Marie Virginis, Majus duplex, ix. lectiones.</i>	2
xix	f	iii. No.	Blasii episcopi et martyris. Invitorium duplex, iii. lectiones.	3
viii	g	pridie No.		4
	A	<i>Nonis.</i>	<i>Agathe virginis et martyris, expositio nulla, ix. lectiones.</i>	5
xvi	b	viii. Idus.	Vedasti et Amandi episcoporum et confessorum, ix. lectiones.	6
v	c	vii. Idus.		7
	d	vi. Idus.		8
xiii	e	v. Idus.		9
ii	f	iv. Idus.	Scolastice virginis non martyris, iii. lectiones.	10
	g	iii. Idus.	<i>Sol in Piscibus.</i>	11
x	A	pridie Idus.		12
	b	<i>Idibus.</i>		13
xviii	c	xvi. <i>Kalend. Martii.</i>	Valentini martyris, iii. lectiones.	14
vii	d	xv. Kal.		15
	e	xiv. Kal.	Juliane virginis et mart., Invita. duplex, iii. lectiones.	16
xv	f	xiii. Kal.		17
iv	g	xii. Kal.		18
	A	xi. Kal.		19
xii	b	x. Kal.		20
i	c	ix. Kal.		21
	d	viii. Kal.	<i>Cathedra S. Petri. Invitorium triplex, ix. lectiones.</i>	22
ix	e	vii. Kal.		23
	f	vi. Kal.	<i>Mathie apostoli, festum inferius duplex, ix. lectiones.</i> <i>Locus bissexti. Cum bissextus fuerit : festum Mathie apostoli fiat quarto die a Cathedra S. Petri, et f littera bis numeretur.</i>	24
xvii	g	v. Kal.		25
vi	A	iv. Kal.		26

## Kalendarium.

---

	b	iii. Kal.	27
xiv	c	pridie Kal.	28

*Nox habet horas xiv : Dies vero x.*

Post Cineres, Neuma, post Crucem, postque Luciam  
Mercurii et Veneris Sabbato jejunia fient.

Februus ad febres aptus stomacho nocet egro.  
Cephalicam patefac : gaudentque propagine vites.  
Fac sepes statuas : oliveta rosaria sparge,  
Consere tunc canabum : lentem : atque trimestria cuncta.

## MARTIUS.

<i>Aureus numerus.</i>		<b>KL</b>		
iii	d	<i>Martii.</i>	<i>Primus mandentem : dirumpit : quarta bibentem.</i>	
	e	vi. No.	Martius habet dies xxxi. Luna xxx.	
xi	f	v. No.	<i>Davidis episcopi et confessoris, ix. lectiones.</i>	1
	g	iv. No.	<i>Cedde episcopi et confessoris, ix. lectiones.</i>	2
xix	A	iii. No.		3
viii	b	pridie No.		4
	c	<i>Nonis.</i>	Perpetue et Felicitatis martyrum, iii. lectiones.	5
xvi	d	viii. Idus.		6
v	e	vii. Idus.		7
	f	vi. Idus.		8
xiii	g	v. Idus.	<i>Claves Pasche. Sol in Ariete. Equinoctium.</i>	9
ii	A	iv. Idus.	<i>Gregorii pape, expositio nulla. Inferius duplex, ix. lectiones.</i>	10
	b	iii. Idus.	<i>Ultima quadragesime.</i>	11
x	c	pridie Idus.		12
	d	<i>Idibus.</i>		13
xviii	e	xvii. Kalen.		14
	f	<i>Aprilis.</i>	<i>Introitus Noe in archam.</i>	15
vii	g	xvi. Kal.	Edwardi regis et martyris, expositio nulla, ix. lectiones.	16
	A	xv. Kal.		17
xv	b	xiv. Kal.		18
iv	c	xiii. Kal.	Cuthberti episcopi et confessoris, expositio nulla, ix. lectiones.	19
	d	xii. Kal.	Benedicti abbatis, expositio nulla, ix. lectiones.	20
xii	e	xi. Kal.	<i>Primum Pascha.</i>	21
i	f	x. Kal.	<i>Hic Adam creatur.</i>	22
	g	ix. Kal.		23
ix	A	viii. Kal.	<i>Annunciatio dominica, festum minus duplex, ix. lectiones.</i>	24
	b	vii. Kal.		25
xvii	c	vi. Kal.	<i>Resurrectio Domini, festum principale, iii. lectiones.</i>	26
vi	A	v. Kal.		27
	b			28

## Kalendarium.

	d	iv. Kal.		29
xiv	e	iii. Kal.		30
iii	f	pridie Kal.		31

*Nox habet horas xii : Dies vero xii.*

Martius humorum genitor : motorque dolorum.  
Morbus apes vexat : culturam postulat hortus.  
Putande vites : purgandaque prata ; boves tunc  
Compara ; equas maribus subdas ; cinerato novellas.

## APRILIS.

<i>Aureus numerus.</i>		<b>KL</b>	<i>Denus et undenus est mortis vulnere plenus.</i>	
	g	<i>Aprilis.</i>	<i>Aprilis habet dies xxx. Luna vero xxix.</i>	1
xi	a	iv. No.		2
	b	iii. No.	Richardi ep. et conf., ix. lect'.	3
xix	c	pridie No.	<i>Ambrosii : cum regimen chori, inferius duplex, ix. lectiones.</i>	4
viii	d	<i>Nonis.</i>		5
xvi	e	viii. Idus.		6
v	f	vii. Idus.		7
	g	vi. Idus.		8
xiii	a	v. Idus.		9
ii	b	iv. Idus.		10
	c	iii. Idus.		11
x	d	pridie Idus.	<i>Sol in Thauro.</i>	12
	e	<i>Idibus.</i>		13
xviii	f	xviii.	Tiburtii et Valeriani martyrum, iii. lectiones.	14
		<i>Kalend.</i>		
		<i>Maii.</i>		
vii	g	xvii. Kal.	<i>Claves Rogationum.</i>	15
	a	xvi. Kal.		16
xv	b	xv. Kal.		17
iv	c	xiv. Kal.		18
	d	xiii. Kal.	Alphegi archiepiscopi et martyris, iii. lectiones.	19
xii	e	xii. Kal.		20
i	f	xi. Kal.		21
	g	x. Kal.		22
ix	a	ix. Kal.	<i>Georgii martyris, festum duplex cum regimine chori, iii. lectiones.</i>	23
	b	viii. Kal.		24
xvii	c	vii. Kal.	<i>Marci evangeliste, inferius duplex, iii. lectiones cum regimine chori. Letania Major. Ultimum Pascha.</i>	25
vi	d	vi. Kal.		26
	e	v. Kal.		27
xiv	f	iv. Kal.	Vitalis martyris, cum regimine chori, iii. lectiones.	28
iii	g	iii. Kal.	<i>Egressio Noe de archa.</i>	29
	a	pridie Kal.	<i>Erkenwaldi episcopi et confessoris inferius duplex,</i>	30

## Kalendarium.

---

iii. lectiones. Quere servitum hujus festi immediate post translationem eujusdem non Sarum.

*Nox habet horas x : Dies vero xiv.*

Aprilis terras aperit : porosque relaxat :  
Hinc scabies : ventrem solvas minuasque cruorem  
Quere apes poteris in apricis : ponere olivam.  
Nascuntur vituli : sere melones apiumque.

## MAYUS.

<i>Aureus numerus.</i>		<b>KL</b>	<i>Tertius occidit : et septimus ora relidit.</i>	
			Mayus habet dies xxxj. Luna xxx.	
<i>xi</i>	b	<i>Maii.</i>	<i>Philippi et Jacobi, inferius duplex cum regimine chori, iii. lectiones.</i>	1
	c	vi. No.		2
<i>xix</i>	d	v. No.	<i>Inventio Crucis, festum minus duplex cum regimine chori, iii. lectiones.</i>	3
	e	iv. No.		4
<i>viii</i>	f	iii. No.		5
<i>xvi</i>	g	pridie No.	Johannis ante Portam Latinam, cum regimine chori, invitatorium triplex, iii. lectiones.	6
<i>v</i>	ꝯ	<i>Nonis.</i>	Johannis de Beverlaco : trium lectionum cum regimine chori.	7
	b	viii. Idus.		8
<i>xiii</i>	c	vii. Idus.	Translatio S. Nicholai episcopi : cum regimine chori non Sarum.	9
	d	vi. Idus.	Gordiani et Epimachi martyrum, iii. lectiones.	10
<i>ii</i>	e	v. Idus.	<i>Primum Penthecoste.</i>	11
	f	iv. Idus.	Nerei et Achilei et Pancratii martyrum, iii. lectiones.	12
<i>x</i>	g	iii. Idus.	<i>Sol in Geminis.</i>	13
<i>xviii</i>	ꝯ	pridie Idus.	Nota quod festum Translationis S. Cedde episcopi semper debet celebrari Dominica proxima ante Ascensionem Domini : trium lectionum cum regimine chori : non Sarum.	14
	b	<i>Idibus.</i>		15
<i>vii</i>	c	xvii. Kalen.		16
		<i>Junii.</i>		
<i>xv</i>	d	xvi. Kal.		17
<i>iv</i>	e	xv. Kal.		18
	f	xiv. Kal.	<i>Dunstani archiepiscopi et confessoris, iii. lectiones cum regimine chori, expositio nulla. Memoria de S. Potentiana, V. et M. Quando festum S. Dunstani, aut S. Aldelmi, aut S. Augustini, aut S. Barnabe apostoli ante Penthecosten evenerit, fiant tres lectiones cum regimine chori : si vero post Penthecosten, fiant ix. lectiones.</i>	19
<i>xii</i>	g	xiii. Kal.		20
<i>i</i>	ꝯ	xii. Kal.		21
	b	xi. Kal.		22

## Kalendarium.

<i>ix</i>	c	x. Kal.		23
	d	ix. Kal.		24
<i>xvii</i>	e	viii. Kal.	Aldelmi episcopi et confessoris, ix. lectiones. Medie lectiones de S. Urbano.	25
<i>vi</i>	f	vii. Kal.	<i>Augustini episcopi et confessoris, Anglorum apostoli, ix. lectiones, inferius duplex.</i>	26
	g	vi. Kal.		27
<i>xiv</i>	Ḃ	v. Kal.	Germani episcopi et confessoris, iii. lectiones.	28
<i>iii</i>	b	iv. Kal.		29
	c	iii. Kal.		30
<i>xi</i>	d	pridie Kal.	Petronille virginis non martyris, iii. lectiones cum nocturno.	31

*Nox habet horas vii : Dies vero xvi.*

Mayus amat medicos et balnea scindere venas.  
 Pinguis ager colitur : operitur vitis et arbor.  
 Tunc augentur apes : vituli castrantur, ovesque  
 Tondentur : caseus premitur : lateres faciendi.

## JUNIUS.

<i>Aureus numerus.</i>		<b>KL</b>	<i>Denus pallescit : quindenus federa nescit.</i>	
	e	<i>Junius.</i>	Junius habet dies xxx. Luna xxix.	
<i>xix</i>	f	iv. No.	Nichomedis martyris, iii. lectiones.	1
			Marcellini et Petri martyrum, invitatorium duplex, iii. lectiones.	2
<i>viii</i>	g	iii. No.		3
<i>xvi</i>	Ḃ	pridie No.	Petrocii Conf.	4
<i>v</i>	b	<i>Nonis.</i>	Bonifacii episcopi, sociorumque ejus, martyrum, invitatorium duplex, iii. lectiones.	5
	c	viii. Idus.		6
<i>xiii</i>	d	vii. Idus.	Translatio S. Wulstanni.	7
<i>ii</i>	e	vi. Idus.	Medardi et Gildardi episcoporum et confessorum, iii lectiones. Wilhelmi Archiep.	8
	f	v. Idus.	<i>Translatio Edmundi archiepiscopi et confessoris, Invitatorium triplex, iii. lectiones.</i>	9
<i>x</i>	g	iv. Idus.		10
	Ḃ	iii. Idus.	<i>Barnabe apostoli, Invitatorium triplex, ix. lectiones.</i>	11
<i>xviii</i>	b	pridie Idus.	Basilidis, Cirini, Naboris, Nazarii martyrum, invitatorium duplex, iii. lectiones.	12
<i>vii</i>	c	<i>Idibus.</i>	<i>Sol in Cancro. Solsticium Estivale.</i>	13
	d	xviii.	Basilii episcopi et confessoris, iii. lectiones.	14
		<i>Kalend. Julii.</i>		
<i>xv</i>	e	xvii. Kal.	Viti Modesti et Crescentie martyrum, invitatorium duplex, iii. lectiones.	15
<i>iv</i>	f	xvi. Kal.	<i>Translatio S. Richardi episcopi et confessoris, ix. lectiones.</i>	16
	g	xv. Kal.		17

## Kalendarium.

<i>xii</i>	Ɔ	xiv. Kal.	Marci et Marcelliani martyrum, invitatorium duplex, iii. lectiones.	18
<i>i</i>	b	xiii. Kal.	Gervasii et Prothasii martyrum, invitatorium duplex, iii. lectiones.	19
	c	xii. Kal.	<i>Translatio S. Edwardi regis et martyris, ix. lectiones.</i>	20
<i>ix</i>	d	xi. Kal.		21
	e	x. Kal.	<i>Albani martyris, expositio nulla, ix. lectiones.</i>	22
<i>xvii</i>	f	ix. Kal.	Ethelrede virginis, non martyris, iii. lectiones cum nocturno. <span style="float: right;">Vigilia.</span>	23
<i>vi</i>	g	viii. Kal.	<i>Nativitas S. Johannis Baptiste, festum minus duplex, ix. lectiones.</i>	24
	Ɔ	vii. Kal.		25
<i>xiv</i>	b	vi. Kal.	Johannis et Pauli martyrum, invitatorium duplex, iii. lectiones.	26
<i>iii</i>	c	v. Kal.		27
	d	iv. Kal.	Leonis pape et confessoris, iii. lectiones, cum nocturno. <span style="float: right;">Vigilia.</span>	28
<i>xi</i>	e	iii. Kal.	<i>Apostolorum Petri et Pauli, festum minus duplex, ix. lectiones.</i>	29
	f	pridie Kal.	<i>Commemoratio S. Pauli, invitatorium triplex, ix. lectiones.</i>	30

*Nox habet horas vi : Dies vero xviii.*

Post Personas tres : librum Regum dare debes. *Deus Omnium.*

Fena cadunt Junio : tunc messis ad ordea prima.  
 Area triture reparanda est plana future.  
 Fucos pelle : et apum castres alvearia fabe  
 Vellantur : caseus fit, et emplastratio pomis.

## JULIUS.

<i>Aureus numerus.</i>		<b>KL</b>	<i>Tredecimus mactat Julii : denus labefactat.</i>	
<i>xix</i>	g	<i>Julii.</i>	Julius habet dies xxxi. Luna xxx. Octava S. Johannis Baptiste, invitatorium duplex, iii. lectiones.	1
<i>viii</i>	Ɔ	vi. No.	<i>Festum Visitationis B. Marie Virginis, majus duplex, ix. lectiones.</i>	2
	b	v. No.		3
<i>xvi</i>	c	iv. No.	<i>Translatio S. Martini episcopi, ix. lectiones.</i>	4
<i>v</i>	d	iii. No.		5
	e	pridie No.	Octava apostolorum Petri et Pauli, invitatorium triplex, ix. lectiones.	6
<i>xiii</i>	f	<i>Nonis.</i>	<i>Translatio Thome archiepiscopi, festum minus duplex, ix. lectiones. Dominica proxima post festum Thome : celebratur Festum Reliquiarum. ix. lectiones.</i>	7
<i>ii</i>	g	viii. Idus.		8
	Ɔ	vii. Idus.	Octava S. Marie virginis, ix. lectiones, invitatorium	9

## Kalendarium.

x	b	vi. Idus.	triplex. SS. Septem Fratrum Martyrum, invitatorium duplex, iii. lectiones.	10
	c	v. Idus.	Translatio S. Benedicti abbatis, ix. lectiones, si non fuerint in Quadragesima.	11
xviii	d	iv. Idus.		12
vii	e	iii. Idus.		13
	f	pridie Idus.	<i>Sol in Leone. Dies caniculares.</i>	14
xv	g	<i>Idibus.</i>	Translatio Swithini Sociorumque ejus episcoporum et confessorum, ix. lectiones.	15
iv	Æ	xvii. Kalen. Augusti.	Translatio S. Osmundi episcopi et confessoris, non Sarum, ix. lectiones.	16
	b	xvi. Kal.	Kenelmi regis et martyris, invitatorium duplex, iii. lectiones.	17
xii	c	xv. Kal.	Arnulphi episcopi et martyris, iii. lectiones.	18
i	d	xiv. Kal.		19
	e	xiii. Kal.	<i>Margarete virginis et martyris, ix. lectiones.</i>	20
ix	f	xii. Kal.	Praxedis virginis non martyris, iii. lectiones.	21
	g	xi. Kal.	<i>Marie Magdalene, invitatorium triplex, ix. lectiones.</i>	22
xvii	Æ	x. Kal.	Apollinaris martyris, iii. lectiones.	23
vi	b	ix. Kal.	Christine virginis et martyris, iii. lectiones, cum nocturno. <span style="float: right;">Vigilia.</span>	24
	c	viii. Kal.	<i>Jacobi, apostoli, festum inferius duplex, ix. lecti- ones,</i>	25
xiv	d	vii. Kal.	<i>Anne matris B. Marie Virginis, invitatorium triplex, ix. lectiones.</i>	26
iii	e	vi. Kal.	SS. Septem Dormientium martyrum, invitatorium duplex, iii. lectiones.	27
	f	v. Kal.	Sansonis episcopi et confessoris, invitatorium duplex, iii. lectiones.	28
xi	g	iv. Kal.	Felicis, Simplicii, Faustini et Beatricis martyrum, invitatorium duplex, iii. lectiones.	29
xix	Æ	iii. Kal.	Germani episcopi et confessoris, invitatorium simplex, iii. lectiones.	30
	b	pridie Kal.		31

*Nox habet horas viii : Dies vero xvi.*

Et post Sampsonem : Sapientem da Salomonem. *In principio.*

Julius et medicos vitat : retinetque cruorem,  
Vinaque miscet aquis : falci resecatur avena,  
Et proscissa prius iteratur terra : serantur  
Cepulle : vaccas juvat et submittere thauris.

## AUGUSTUS.

<i>Aureus numerus. viii</i>	c	<b>Æ</b> <i>Augusti.</i>	<i>Prima necat fortem ; perditque secunda cohortem. Augustus habet dies xxxi. Luna xxx. Ad vincula S. Petri, invitatorium triplex, ix. lecti- ones.</i>	1
-------------------------------------	---	-----------------------------	---	---

Kalendarium.

<i>xvi</i>	d	iv. No.	Stephani pape et martyris. Invitorium duplex, iii. lectiones.	2
<i>v</i>	e	iii. No.	<i>Inventio S. Stephani prothomartyris sociorumque ejus, ix. lectiones.</i>	3
	f	pridie No.		4
<i>xiii</i>	g	<i>Nonis.</i>	Oswaldi regis et martyris, invitorium duplex, iii. lectiones. <i>Marie de Nivibus.</i>	5
<i>ii</i>	☾	viii. Idus.	<i>Transfiguratio Domini nostri Jesu Christi, ix. lectionum, minus duplex.</i>	6
	b	vii. Idus.	<i>Festum dulcissimi Nominis Jesu, majus duplex, ix. lectiones.</i>	7
<i>x</i>	c	vi. Idus.	Ciriaci sociorumque ejus martyrum, invitorium duplex, iii. lectiones.	8
	d	v. Idus.	Romani martyris, iii. lectiones cum nocturno. Vigilia.	9
<i>xviii</i>	e	iv. Idus.	<i>Laurentii martyris, invitorium triplex, ix. lectiones.</i>	10
<i>vii</i>	f	iii. Idus.	Tiburtii martyris, invitorium duplex, iii. lectiones.	11
	g	pridie Idus.	<i>Sol in Virgine.</i>	12
<i>xv</i>	☾	<i>Idibus.</i>	Ipoliti sociorumque ejus martyrum, invitorium duplex, iii. lectiones.	13
<i>iv</i>	b	xix. <i>Kalen. Septembris.</i>	Octava Nominis Jesu, invitorium triplex, ix. lectiones. Eusebii presbyteri. Vigilia.	14
	c	xviii. Kal.	<i>Assumptio B. Marie virginis, festum principale, ix. lectiones.</i>	15
<i>xii</i>	d	xvii. Kal.		16
<i>i</i>	e	xvi. Kal.	Octava S. Laurentii.	17
	f	xv. Kal.	Agapiti martyris. Memoria.	18
<i>ix</i>	g	xiv. Kal.	Magni martyris. Memoria.	19
	☾	xiii. Kal.		20
<i>xvii</i>	b	xii. Kal.		21
<i>vi</i>	c	xi. Kal.	Octava Assumptionis B. Marie. Invitorium triplex, ix. lectiones.	22
	d	x. Kal.	Thimotei et Apolinaris martyrum, iii. lectiones cum nocturno. Vigilia.	23
<i>xiv</i>	e	ix. Kal.	<i>Bartholome apostoli, festum inferius duplex, ix. lectiones.</i> Memoria de S. Audoen.	24
<i>iii</i>	f	viii. Kal.		25
	g	vii. Kal.		26
<i>xi</i>	☾	vi. Kal.	Ruffi martyris, invitorium duplex, iii. lectiones.	27
<i>xix</i>	b	v. Kal.	<i>Augustini episcopi, inferius duplex, ix. lectiones,</i> Hermetis memoria tantum.	28
	c	iv. Kal.	<i>Decollatio S. Johannis Baptiste, invitorium triplex, ix. lectiones,</i> memoria de S. Sabina.	29
<i>viii</i>	d	iii. Kal.	Felicis et Adaucti martyrum, invitorium duplex, iii. lectiones.	30
	e	pridie Kal.	Cuthburge virginis, non martyris, invitorium duplex, iii. lectiones.	31

*Nox habet horas x : Dies vero xiv.*

## Kalendarium.

---

Post Augustinum : Job lege justum. [*Si bona.*]

Augustus prohibet que Julius : ac Venus absit  
 Et gula : tunc napi, rape radixque serantur.  
 Si tibi aque desunt : quere illas arte modoque.  
 Insere pira citrum : tunc pascua flamma perurat.

## SEPTEMBER.

<i>Aureus numerus.</i>		<b>KL</b>	<i>Tertia Septembris et denus fert mala membris.</i>	
<i>xvi</i>	f	<i>Septembris.</i>	September habet dies xxx. Luna xxix. <i>Egidii abbatis, ix. lectiones. Medie lectiones de S. Prisco.</i>	1
<i>v</i>	g	iv. No.		2
	Æ	iii. No.	Ordinatio S. Gregorii pape, si de eo non fit in Quadragesima, ix. lectiones, non Sarum.	3
<i>xiii</i>	b	pridie No.	Translatio S. Cuthberti episcopi et confessoris, ix. lectiones.	4
<i>ii</i>	c	<i>Nonis.</i>	Bertini abbatis et confessoris, iii. lectiones cum nocturno.	5
	d	viii. Idus.		6
<i>x</i>	e	vii. Idus.		7
	f	vi. Idus.	<i>Nativitas B. Marie, festum majus duplex, ix. lectiones.</i>	8
<i>xviii</i>	g	v. Idus.	Gorgonii martyris, memoria tantum.	9
<i>vii</i>	Æ	iv. Idus.		10
	b	iii. Idus.	SS. Prothi et Jacinti martyrum, memoria tantum.	11
<i>xv</i>	c	pridie Idus.	<i>Sol in Libra. Equinoctium [autumnale].</i>	12
<i>iv</i>	d	<i>Idibus.</i>		13
	e	xviii. Kalen. <i>Octobris.</i>	<i>Exaltatio S. Crucis, festum minus duplex, ix. lectiones.</i>	14
<i>xii</i>	f	xvii. Kal.	Octava Nativitatis Marie, invitatorium triplex. Memoria de S. Nichomede.	15
<i>i</i>	g	xvi. Kal.	Edithe virginis non martyris, ix. lectiones. Medie lectiones de S. Eufemia.	16
	Æ	xv. Kal.	Lamberti episcopi et martyris, iii. lectiones.	17
<i>ix</i>	b	xiv. Kal.		18
	c	xiii. Kal.		19
<i>xvii</i>	d	xii. Kal.	Vigilia.	20
<i>vi</i>	e	xi. Kal.	<i>Mathei apostoli et evangeliste, festum inferius duplex, ix. lectiones.</i>	21
	f	x. Kal.	Mauricii soriorumque ejus martyrum, ix. lectiones.	22
<i>xiv</i>	g	ix. Kal.	Tecle virginis non martyris, iii. lectiones cum nocturno.	23
<i>iii</i>	Æ	viii. Kal.		24
	b	vii. Kal.	Firmini episcopi et martyris, tres lectiones.	25
<i>xi</i>	c	vi. Kal.	Cipriani et Justine martyrum. Invitatorium duplex, iii. lectiones.	26
<i>xix</i>	d	v. Kal.	Cosme et Damiani martyrum. Invitatorium duplex, iii. lectiones.	27

## Kalendarium.

viii	e	iv. Kal.		28
	f	iii. Kal.	<i>Michaelis archangeli, festum inferius duplex, ix lectiones.</i>	29
	g	pridie Kal.	<i>Hieronymi presbyteri et doctoris, festum inferius duplex, ix lectiones.</i>	30

*Nox habet horas xii : Dies vero xii.*

Thobiam dictum post Prothum et Iacinctum. *Peto Domine.*  
 Subjungas Judith : post Vigilamque Mathei. *Adonay.*  
 Post sanctum Cosmam : dabis hystoriam Machabei. *Adaperiat.*

September fructus maturos carpit : et uvas  
 Colligit : et mustum : morbos gravat : et pluvias fert.  
 Tunc viciē satio, formandaque prata novella.  
 Pisa seras : sisamum farrago lupina papaver.

## OCTOBER.

<i>Aureus numerus.</i>		<b>KL</b>	<i>Tertius et denus : est sicut mors alienus.</i>	
			October habet dies xxxi. Luna vero xxx.	
xvi	A	<i>Octobris.</i>	Remigii sociorumque ejus episcoporum et confessorum, ix. lectiones .	1
v	b	vi. No.	Leodegarii episcopi et martyris, iii. lectiones. <i>Thome herfordensis episcopi non Sarum, ix. lectiones.</i> Medie lectiones de S. Leodegario Ep.	2
xiii	c	v. No.		3
ii	d	iv. No.		4
	e	iii. No.		5
x	f	pridie No.	Fidis Virginis et Martyris, iii. lectiones.	6
	g	<i>Nonis.</i>	Marci Marcelli et Apulei martyrum, invitorium duplex, iii. lectiones.	7
xviii	A	viii. Idus.		8
vii	b	vii. Idus.	<i>Dionysii sociorumque ejus martyrum, ix. lectiones.</i>	9
	c	vi. Idus.	Gereonis sociorumque ejus martyrum, iii. lectiones.	10
xv	d	v. Idus.	Nichasii sociorumque ejus martyrum, iii. lectiones, invitorium duplex.	11
iv	e	iv. Idus.		12
	f	iii. Idus.	<i>Translatio S. Edwardi regis et confessoris, inferius duplex, ix. lectiones.</i>	13
xii	g	pridie Idus.	Calixti pape et martyris. Invitorium duplex, iii. lectiones.	14
i	A	<i>Idibus.</i>	Vulfranni episcopi et confessoris ix. lectiones. <i>Sol in Scorpione.</i>	15
	b	xvii. Kalen. <i>Novembris.</i>	<i>Michaelis in Monte Tumba, invitorium triplex, ix. lectiones.</i>	16
ix	c	xvi. Kal.	Translatio S. Etheldrede virg. non martyris, ix. lectiones.	17
	d	xv. Kal.	<i>Luce evangeliste, ix. lectionum, inferius duplex.</i> Memoria de S. Justo martyre.	18

## Kalendarium.

<i>xvii</i>	e	xiv. Kal.	Fredeswide virginis non martyris, ix. lectiones.	19
<i>vi</i>	f	xiii. Kal.		20
	g	xii. Kal.	Undecim milium virginum. Invitatorium duplex, iii. lectiones.	21
<i>xiv</i>	☾	xi. Kal.		22
<i>iii</i>	b	x. Kal.	Romani archiepiscopi et confessoris, iii. lectiones cum nocturno.	23
	c	ix. Kal.		24
<i>xi</i>	d	viii. Kal.	Crispini et Crispiniani martyrum, ix. lectiones. Medie lectiones de S. Johann Beverlaco.	25
<i>xix</i>	e	vii. Kal.		26
	f	vi. Kal.	Vigilia.	27
<i>viii</i>	g	v. Kal.	<i>Apostolorum Symonis et Jude, festum inferius duplex, ix. lectiones.</i>	28
	☾	iv. Kal.		29
<i>xvi</i>	b	iii. Kal.		30
<i>v</i>	c	pridie Kal.	Quintini martyris, iii. lectiones cum nocturno. Vigilia.	31

*Nox habet horas xiv : Dies vero x.*

Post Judam Symeon : subjungas Ezechielem. *Vidi Dominum.*

Vina dat October : volucres fugat ; ordea linum  
Triticeam et palmam sere, et ablaqueanda novella.  
Pomaque conserves : cole predia : compara avenam.  
Atque alimenta quibus tibi opus sit tempore brume.

## NOVEMBER.

<i>Aureus numerus.</i>		<b>KL</b>	<i>Scorpius est quintus : et tertius est nece cinctus.</i> November habet dies xxx. Luna xxix.	
	d	<i>Novembris.</i>	<i>Festivitas Omnium Sanctorum : festum majus duplex, ix. lectiones.</i>	1
<i>xiii</i>	e	iv. No.	<i>Commemoratio Animarium, ix. lectiones.</i>	2
<i>ii</i>	f	iii. No.	Wenefrede virginis et martyris, ix. lectiones.	3
	g	pridie No.		4
<i>x</i>	☾	<i>Nonis.</i>		5
	b	viii. Idus.	<i>Leonardi abbatis et confessoris, ix. lectiones.</i>	6
<i>xviii</i>	c	vii. Idus.		7
<i>vii</i>	d	vi. Idus.	Quatuor Coronatum Martyrum, invitatorium duplex, iii. lectiones.	8
	e	v. Idus.	Theodori martyris, iii. lectiones.	9
<i>xv</i>	f	iv. Idus.		10
<i>iv</i>	g	iii. Idus.	<i>Martini episcopi et confessoris, ix. lectiones, invitatorium triplex. Memoria de sancto Menna.</i>	11
	☾	pridie Idus.	<i>Sol in Sagitario.</i>	12
<i>xii</i>	b	<i>Idibus.</i>	Briccii episcopi et confessoris. Invitatorium duplex, iii. lectiones.	13
<i>i</i>	c	xviii.	<i>Translatio Erkenwaldi episcopi et confessoris, ix.</i>	14

Kalendarium.

		<i>Kalend. Decembris.</i>	<i>lectionum, non Sarum.</i>	
	d	xvii. Kal.	Machuti episcopi et confessoris, ix. lectiones. Medie lectiones de S. Martino.	15
<i>ix</i>	e	xvi. Kal.	<i>Edmundi Cantuariensis archiepiscopi, invitatorium triplex, ix. lectiones.</i>	16
	f	xv. Kal.	Hugonis episcopi et confessoris, ix. lectiones.	17
<i>xvii</i>	g	xiv. Kal.	Octava S. Martini, invitatorium duplex, iii. lectiones.	18
<i>vi</i>	☿	xiii. Kal.		19
	b	xii. Kal.	<i>Edmundi regis et martyris, ix. lectiones.</i>	20
<i>xiv</i>	c	xi. Kal.		21
<i>iii</i>	d	x. Kal.	S. Cecilie virginis et martyris, ix. lectiones.	22
	e	ix. Kal.	<i>Clementis pape et martyris, ix. lectiones.</i>	23
<i>xi</i>	f	viii. Kal.	Grisogoni martyris, tres lectiones.	24
<i>xix</i>	g	vii. Kal.	<i>Katherine virginis et martyris, ix. lectiones.</i>	25
	☿	vi. Kal.	Lini pape et martyris, iii. lectiones.	26
<i>viii</i>	b	v. Kal.	<i>Abhinc ubi dominica ibi Adventus Domini.</i>	27
	c	iv. Kal.		28
<i>xvi</i>	d	iii. Kal.	Saturnini et Sisinnii martyrum, iii. lectiones cum nocturno. Vigilia.	29
<i>v</i>	e	pridie Kal.	<i>Andre apostoli : festum inferius duplex, ix. lectiones.</i>	30

*Nox habet horas xvi : Dies vero viii.*

Post festum Lini, semper erit Adventus Domini. *Aspiciens.*

Queris habere focos ignesque, nivose November  
Prata nova instituis : seris allea, ponis olivam.  
Castaneam et triticum seris : est generatio ovina.  
Glans legitur : faber et cedit durantia ligna.

DECEMBER.

<i>Aureus numerus.</i>		<b>KL</b>	<i>Septimus exanguis : virosus denus ut anquis. December habet dies xxxi. Luna xxx.</i>	
	f	<i>Decembris.</i>		1
<i>xiii</i>	g	iv. No.		2
<i>ii</i>	☿	iii. No.		3
<i>x</i>	b	pridie No.	Depositio S. Osmundi episcopi et confessoris, ix. lectiones.	4
	c	<i>Nonis.</i>		5
<i>xviii</i>	d	viii. Idus.	<i>Nicolai episcopi et confessoris. Invitatorium triplex.</i>	6
<i>vii</i>	e	vii. Idus.	Octava S. Andre. Invitatorium duplex, iii. lectiones.	7
	f	vi. Idus.	<i>Conceptio B. Marie virginis. Minus duplex, ix. lectiones.</i>	8
<i>xv</i>	g	v. Idus.		9
<i>iv</i>	☿	iv. Idus.		10
	b	iii. Idus.		11
<i>xii</i>	c	pridie Idus.	<i>Sol in Capricorno. Solstitium hyemale.</i>	12

Kalendarium.

---

<i>i</i>	d	<i>Idibus.</i>	Lucie virginis et martyris, ix. lectiones.	13
	e	xix. <i>Kalend.</i> <i>Januarii.</i>		14
<i>ix</i>	f	xviii. Kal.		15
	g	xvii. Kal.	<i>Hic incipit O Sapientia,</i>	16
<i>xvii</i>	Æ	xvi. Kal.	<i>nulle deinceps fiant preces ad vespas.</i>	17
<i>vi</i>	b	xv. Kal.		18
	c	xiv. Kal.		19
<i>xiv</i>	d	xiii. Kal.	Vigilia.	20
<i>iii</i>	e	xii. Kal.	<i>Thome apostoli : festum inferius duplex, ix lectiones.</i>	21
	f	xi. Kal.		22
<i>xi</i>	g	x. Kal.		23
<i>xix</i>	Æ	ix. Kal.	Vigilia.	24
	b	viii. Kal.	<i>Nativitas Domini nostri Jesu Christi : festum principale, ix. lectiones.</i>	25
<i>viii</i>	c	vii. Kal.	<i>Stephani prothomartyris : minus duplex, ix. lectiones.</i>	26
	d	vi. Kal.	<i>Johannis apost. et evangeliste, minus duplex, ix. lectiones.</i>	27
<i>xvi</i>	e	v. Kal.	<i>SS. Innocentium martyrum, minus duplex, ix. lectiones.</i>	28
<i>v</i>	f	iv. Kal.	<i>Thome archiepiscopi et martyris, minus duplex, ix. lectiones.</i>	29
	g	iii. Kal.		30
<i>xiii</i>	Æ	pridie Kal.	Silvestri pape et confessoris, ix. lectiones.	31


*Nox habet horas xviii : Dies vero vi.*

Vultque focum assiduum genialis habere December,  
Tum piper et pernas : sine cura Bachus amicat.  
Frumenti satio est : lactuca serenda : ridicas.  
Et palos facias : corbos quoque condi echinnos.

## TABULA FESTORUM MOBILUM.

[Annus habet duodecim menses ; hebdomadas quinquaginta duo, et diem unum ; et habet dies tercentum sexaginta quinque, et horas sex. (1526.)]

*Rota littere dominicalis.*



*Rota numeri aurei.*



¶ *Ad inveniendum litteram dominicalem hanc nota regulam.* Ultra millenarios et centenarios recipe residuos Domini incarnationis annos et incipe numerare 1, 2, 3, et cetera immediate post crucem usque ad annum currentem : vel alias quemcunque tibi placentem. Et quam litteram sub isto anno invenies, eandem dominicam non dubites.<sup>2</sup> Et durabit ista crux centum annos sine variatione [quam ad seculum 1801—1900 accommodavi. Et noat quod annus ipse 1900 non est bissextilis. Et mox rota erit ✠ f. e. d. c. a.]

b

¶ *Ad inveniendum aureum numerum.* Ultra millenarios et centenarios accipe residuos Domini incarnationis annos : et incipe numerare post crucem 1, 2, 3, et cetera, et fac pariformiter sicut cum littera dominicali : et habebis immediate aureum numerum illius anni. Et duravit ista crux etiam centum annos sicut illa in littera dominicali [videlicet 1800-1900. Ipsius anni 1900 aureus numerus erit 1, qui fuit etiam annorum 1501 et 1805. Et seculi (si quod erit) vicesimi rota sic decurret, ✠ 2. 3. 4.]

## Kalendarium.

---

*Nota istam collectam ad inveniendam Septuagesimam et per consequens alia festa mobilia perpetuis temporibus.*

j ij iij iv v vj vij viij ix x xj  
Domine Deus infunde nobis dona gratie beati apostoli Jacobi piis meritis  
xij xij xiv xv xvj xvij xvij xix  
reple tuos famulos bonis qui subdis colla gentium.

*Nota quod quelibet dictio istius collecte tenet unum annum, et quot sunt littere in qualibet dictione : tot sunt septimane a die Dominica sequente diem Natalis Domini usque ad Septuagesimam. Et numerus desupe est qureus numerus. Cum autem perfeceris, reincipe Domine Deus. Et hoc anno presenti M.CCCCC.XXXI. aureus numerus est xii, sequenti anno erit xij, et sic consequenter.*

Et nota quod inter Septuagesimam et Diem Pasche sunt novem ebdomade ; a Pascha ad Ascensionem sunt dies quadraginta ; et ulterius usque ad Penthecosten dies decem. Et ita calculando omnia festa unicuique patebunt inspicienti.

*[Tabula clavium festorum mobilium, simulque aurei numeri subijuncti : revolutio cujus est post annos xix, post quos cum annis tunc currentibus semper ad ejusdem regreditur initium (ex editione A.D. 1525-6 desumpta) sequitur.*

Claves festorum mobilium.

*Claves 12 31 20 39 28 17 36 25 14 33 22 11 30 19 38 26 15 34 23 Claves Festorum.  
Aur.Nu. 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 1 2 3 4 Aureus numerus.*

Simili computo ut dictum est de littera dominicali etiam deprehendere potes clavem festorum mobilium. Nam clavium numero primo, qui videlicet est 12, da annum 1524 ; sequenti numero, qui est 31, da 1525 ; sicque deinceps semper singulos numeros clavium accomoda : donec perduceris ad numerum anni propositi. Nam ubi annus tuus propositus sedem invenit : illic numerum clavis deprehendes. Sub quo continuo aureus numerus pro nova luna reperienda valens apparebit.

*Festorum mobilium canon.*

Fest igitur mobilia, habita clave anni currentis, hoc modo inveniuntur. Animadvertite quot unitates sunt in clave anni currentis : deinde tot dies numera deorsum descendendo a loco cujuslibet clavis in Calendario notati. Ubi autem numerus ille terminatur, ibi dominica proxima tale festum peragetur. In anno tamen bissextili, si Septuagesimam aut Quadragesimam quaeris, clavi adde unitatem ; et si Quadregesima juxta talem computationem in xxiv. die Februarii, vel post, inventa fuerit, ipsa per unum diem retracta erit peragenda.]

*Noviluniorum Canon.*

Novilunium, sive luna nova, singulis mensibus anni sic reperitur. Habito aureo numero anni tui, ubicunque ille in ordine aurei numeri in Calendario positi tibi occurrerit, a loco illius diei juxta positi, sequentium verborum syllabas sursum computa : ut puta *In celis est hic*, unicuique diei accommodando syllabam unam ; diesque ille supra quem syllaba *hic* ceciderit dies est novilunii proposiri per singulos menses anni.

*Carmina docentia per novilunia invenire pascha.*

Post regum festa quere noviluna trina.  
Post dominica tertia, sacrum pascha celebra.

*Alia carmina ad idem.*

Post veris equinoctium, quere plenilunium.  
Et dominica proxima, sacrum celebra pascha.  
Non verius invenies, si mille legas codices.

[*Alii versus.*

Quique bis inde dias bis septem bis decas tetras  
Si cadit in lucem domini numerabis eandem  
(1525-6).]

## RUBRICE GENERALES.

*He sunt dominice per annum in quibus ultimum R̄.<sup>3</sup> ad matutinas a cantabitur in Suppelliciis ad chori, Scilicet omnibus dominicis ab octava Pasche usque ad Ascensionem Domini quando de dominica agitur tantum : et dominica infra Octavam Ascensionis Domini, et dominica infra ebdomadam Nativitatis Domini, et dominica infra Octavam Epyphanie, Visitationis, Assumptionis, et Nativitatis Beate Marie, et Dedicationis Ecclesie, Corporis Christi, et Nominis Jesu.*

*Hec sunt festa simplicia cum regmine chori : in quibus ultimum R̄. ad matutinas a duobus cantetur in suppelliciis ad gradum chori : scilicet, Sancti Silvestri pape : et etiam in omnibus festis cum regimine chori que contingunt infra Octavam Ascensionis Domini, Corporis Christi, Visitationis Marie, Nominis Jesu, et infra Octavam Dedicationis Ecclesie.*

*He sunt dominice per annum in quibus R̄. ad primas Vesperas a duobus de superiori gradu cantetur in sericis ad gradum chori : Scilicet dominica prima Adventus Domini, et dominica in Passione Domini, dominica ramis palmarum, et in festo Sancti Vincentii, Sancti Dionisii, et Sancti Clementis. In omnibus aliis festis simplicibus et dominicis per annum dicitur Responsorium ad primas Vesperas si Responsorium habeatur, a duobus de secunda forma, et habitu predictis.*

*Hec sunt festa majora duplicia : in quibus tres ultime lectiones in capis sericis legantur in pulpito : fiat processio quacunque die contigerint : festa Nativitatis, et Epyphanie Domini. Primus dies Pasche. Dies Ascensionis. Primus dies Penthecostes. Festum Sancte Trinitatis. Festum de Corpore Christi. Festum Reliquiarum. Festum Purificationis, Visitationis, Assumptionis, et Nativitatis B. Marie. Festum Nominis Jesu. Festum Dedicationis Ecclesie, et Festum loci. In festo vero Omnium Sanctorum tres primes lectiones in capis sericis a dignioribus personis legantur.*

*Hec sunt festa ix. lectionum que non habent Expositiones Evangeliorum ad matutinas secundum usum Sarum : scilicet Sancti Nicholai, Lucie Virginis, Thome Apostoli, Fabiani et Sebastiani, Agnetis Virginis, Sancti Vincentii martyris, Agathe Virginis, Gregorii Pape, Cuthberti Episcopi, Benedicti Abbatis, Aldelmi, Barnabe Apostoli, Albani Martyris, Johannis et Pauli, licet dominica fuerit, Margarete Virginis, Inventio S. Stephani sociorumque ejus, licet dominica fuerit, Ypoliti sociorumque ejus, licet dominica fuerit, Bartholomei Apostoli, Egidii Abbatis, nisi quando differtur a dominica in secundam feriam propter inchoationem Hystorie. Tunc enim legatur Evangelium Nemo accendit lucernam. Exaltatio Sancte Crucis. Edithe Virginis. Mauricii sociorumque ejus, Dionysii sociorumque ejus, Translatio Sancti Eclwardi Confessoris, Michaelis in Monte Tumba, Martini Episcopi, Machuti Episcopi, Edmundi Archiepiscopi, hujus Evangelium sed non Omeliam, Hugonis Episcopi, Edmundi Regis et Martyris, Cecilie Virginis et Martyris, Sancte Katherine Virginis et Martyris.*

## ORATIONES.

### *De Sancto Wolfado Martyre.*

#### *Oratio.*

**D**eus qui beatum Wolfadum  
martyrem tuum ut exaltaretur in  
celis capite minui voluisti in terris :  
concede nos quesumus ejus mentis et

precibus sic in hac peregrinatione  
minui : ut magnificemur in patria  
paradisi. Per Dominum nostrum.

### *De Sancta Radegunde virgine.*

#### *Oratio.*

**O**mnipotens sempiterne Deus  
largitor probitatis ac remun-  
erator, da nobis sancte vivendi  
affectum et concede : ut qui vitiorum

labe corrumpimur : beatissime  
famule tue Radegundis interventu  
salvemur. Per.

### *De Sancta Modwenna virgine.*

#### *Oratio.*

**D**eus qui nos beate Modwenne  
Virginia tue annua solennitate  
letificas : concede quesumus ut ejus

adjuvemur meritis : cujus castitatis  
irradiamur exemplis. Per.

### *De Sancta Editha virgine.*

#### *Oratio.*

**O**mnipotens sempiterne Deus qui  
beatam virginem Editham  
regali stemmate sublimasti : atque  
Anglorum genti in solennitate ejus  
gloriosa patrocina contulisti : con-

cede familie tue propitius ipsius  
meritis a peccatorum nexibus  
absolvi, et sanctorum cetibus feliciter  
adjungi. Per Dominum.

Notes.

---

Notes, pages XI-XXXIV.

<sup>1</sup> *Similiter in cotidianis Matutinis de B. Maria.* [SB.]

<sup>2</sup> Que si unica occurrit : annum communem esse intelliges. Si duplex : bissextilem. Et tunc prior, id est superior, usque ad festum Matthie apostoli utilis erit. Inferior autem ad reliquam anni partem accommodabitur. (*ex Brev. A.D. 1525-6*). [SB]

<sup>3</sup> *℟*: id est *Responsorium*. [SB]